ex eo consolationum querimur. Si quid hic iocis
& comminus excedit, etiam sic apud se non
probatur, causa vera nulli piorum displicere
potest. Nam minime amat homines, & hypo
crisos est inimicus. Sed pergo

Sciscitatus sum eius. ergo quid me ita
vocaret. Respondit nihil mali esse. Ubi vero
ascendissemus in cubiculum secretius, Deo com
mendat omnia sua, & confitetur peccata sua
rogans Magister ex discipulo verbum consola
tionis Dei ex Scriptura Sancta, & absolutionem
peccatorum, monens ut pro se oraremus, id quod
ego similiter postulavi ex eo ipso ut oraret
pro me. Hic quoque postulat ut postera die,
quae dominica futura erat, se ad sacram Christi
corporis & sanguinis communionem admitterem.
Sperabat enim se altera die predicaturum,
nihil suspicatus eorum, quae et postea pomeri
diano tempore ut diximus acciderunt. Et ait.
Si iam me dominus vocat, fiat voluntas eius.
Mirabar haec omnia. Sed ubi pomeridianam
illam vidi aegritudinem corporis desperare de
eius vita, quod sciram quam diligenter se
ante aegritudinem manu composuisset ad huius
vitae finem. Hic vero quid orarim Deum,